

ritate suorum. plures tamē sunt qui nobiscum sunt immo dñs ipē militiarū pro ciuiis
fide et religione pugnatis ita q̄ centū ex vobis persequi et superare valeant mille ex illis
et mille ex vobis decē milia. Ignavia enī et imperitia belli innata sunt eis. Nec in sub-
stantia sunt in litteris predictis et si aliqualiter verba sint immutata rē.

Denigroponti captione.

Idelis quidem et prepotens vrbis Fligropontensis christiana et nominis titu-
tulo. fideq̄ insignis. abolim venetiane dictioni et potentatui subiecta. ciuitas
protecto opido populosa. negotiosa. sed et rerum omnū opulentissima. ciuiū
q̄ optimorum refertissima. terra q̄ et mari diligentissime munita. portu pser-
tim tutissimo de mari gaudens. deniq̄ muris et menibus et turribus firmissimis vndis-
q̄ cincta et circumsepta. ita vt prorsus inexpugnabilis omnū opinione credere. Que
enam ciuitas Lalcides alio vocabulo cognominata dinoscitur. in insula Euboia sita.
Insula inquā in frumento. vino et oleo cunctisq̄ terre nascientibus maiorē in modū fer-
tilis et secunda. potissimum autē apis valde pro nauī galeraūq̄ fabrica lignis abundās
hoc modo sub turcorum venit potestate et direptionē. capta et expugnata Anno dñice
incarnationis Millesemo quadringentesimo septuagesimo primo vertente

Clarissimis quidē venetis semper abolim turcos opido fuisse infestos. tum ob eorū in
christū fidem sincerā. tum etiam maximū eoz cui inuidebant potentia. nemo qui granis
sima inter eos hincinde habita discidia. bella vltro citroq̄ fortiter gesta. guerrarū strepi-
tus et cruentos sepe cōgressus legit vel audiit dubitare potest. Hinc itaq̄ et hostili odio
in ip̄os venetos turcus infectus. et nobilis atq̄ p̄diuitis vrbis Lalcidis euboie situs
oportunitate. opibus quoq̄ et celebritat̄ gloria allectus. Anno quo supra O marium
bechum principem basiam cognominatū tyrannus ipē mahomet cum exercitu copio-
so nauali et terrestri ad expugnandā ciuitatem ip̄am Fligropontensem destinauit. Tan-
dem post longam vrbis obsidionē ip̄em cum longe copiosiori exercitu ex bizantio ad-
mouit. ponteq̄ facto ex nauibus trans aquam. p̄fundam satis et latam que vrbem pre-
terfluit. militem in litus traiecit. et ex ea parte qua nō putabatur muros aggreditur ma-
chinis. quatit oppugnat. iactuq̄ plurimoq̄ lapidum spericorū diruere festinat. Namz
traditor quidam omnū nequissimus atq̄ pessimus. machinarum sc̄ omniū que in ci-
uitate in menibus et turribus atq̄ pugnaculis erant magister et p̄fectus Thomas sc̄
liburni cognominatus. signum turcis dedit. vt in loco sue stationis muros vbi debilo-
res erant. bombardarū ictibus verberarent facile ruituros. quod et factum est. Sicq̄
proditione res acta est nō equo marte pugnatum. Interea classis venetiana in subsidiū
et tutelam vrbis et ciuium obfessorū missa. negligentius agens. vagabat p̄ mare. capien-
dis Januensium et Cathaloniorū aliorūq̄ christianoq̄ nauibus intenta magis. quibz
ad suam firmandā classem ratibus adiunctis. venetianus capitaneus ciuius rei gratia
aduenerat nō satis probe est. p̄secutus. Cum enim prepotentē numis iam haberet clas-
sem. que rem cōficere p̄spere deo p̄picio potuisset ad insulam quidem euboie p̄perauit.
seq̄ ostendens maximā obfessis iam vndiq̄ ciuibz ex vrbē spectantibus leticiam suo
aduentu infudit. Ita vt manus vtralsq̄ p̄ animi et cordis exultatione et iocunditate ex-
panderent in celum. sed frustrauit eos iniquus ille capitaneus spe sua opinione fecellit.
turbauit exitu infausto. tristitia effecit ingenti. haud dubium quin longe maiori q̄ an-
te gaudio letificarat. Nam cum tanta esset fretus classe ipē formidolosus. inter inuni-
corum morsus mortisq̄ horrende cruciatus ciues fideles dereliquit. et p̄clare vrbis mi-
serandam direptionem. p̄spiciens. nil prorsus effecit neq̄ propius voluit applicare. cū
tamen omnes pontes quos turci fecerant. facile sua classe armatissima irrumpere po-
tuisset. Lunq̄ omnes singularum patroni nauium p̄ classem passim cōtra eum concla-
marent. grauiterq̄ omnino suā negligentia ferrent. crebro ingeminantes cur trepidaret
cur nō accederet cur de industria tam insignē tam fidelem tam opulentā ciuitatē perdi-
tum iri permitteret. Iile surda bec aure hauriens. in eodem loco immobilis inutilisq̄

permansit. Itaqz dū in mari nū agitur et classis innaciū pseuerat fixa. atqz defensionis signū obfessis ciuibz nullū pr̄sus datur. quin potius tutationis fiducia sub oculis eripi tur. turcoꝝ princeps animosius agens. res bellicas fauentibz fatis. pspere votiveqz psequit. ad menia pperat intrepidus. assultū parat. ordinat pfectū. et qd̄ in talibz cōducit plurimū. accitis militibz. accurata eos orde corroborat. p̄mia etiā magna pollicē his qui primi muros cōscenderet. atqz ita vniuersorū animos adeo reddidit in preliū audios et accensos. q per duas dics noctesqz ptiuias cum ingenti fragore summo studio rīqz maxima vrbem oppugnabāt. Quanqz enī a ciuibz deintus machinis grauissime vulnerarentur. ac inter bombardarū ictus veluti canes interficerent. repellerenturqz e minus nonnūqz. omniū generū missilibus. suoz tamē inter necē et stragē innumeram. plurimāqz mortis imaginē. tanto cū impetu et conatu turci irruptos occuparū muros immo tanta alacritate alter alteri succedere cōtendebat. vt eoꝝ nemo pedē referre. stare nemo cōpertus sit. cuncti vero animosissime assilirevisi. quanqz frequentissimi interirēt Bis eos muris aduolasse ferunt. bis inde fuisse p̄cipitatos nostroꝝ audacia. tandem vero vbi nostri auxilio classis quā sub oculis cernebat penitus destituti. longaꝝ defatigati oppugnatione et exhausti laboribz. rem omnē perdīta vident. fracti animis in vribz forū pariter cōueniunt. et cōfortati diui sacramenti eucharisticie vel cōspectione vel sumptione. irrumpentibz iam turcis. manus enixissime cū eis cōserunt. trucidant quoiquod possunt. neciqz dant innumeros. et orcis infernalibz immittunt. donec tandem. et ipi pro christi fide cōstantissime agonisantes. mortē subeunt haud dubiū beatam. Et quod femineo sexui magnopere gloriosum extitit. hanc inter cedem miserabilē. plurimas segregia forma fideqz feminas. tum nuptas tum virgines. armis indutas ferunt more amazonom pugnauisſe. siccqz inter reliqua mortuorū cadavera fuisse reptas. quasi non antea voluissent occumbere qz pfidissimoꝝ turcorū suis tenellis manibus effudissent crux. quo vel sic inimicū nobis sanguinē libassent. et p̄stituiscent obsequiū deo in ipo sue articulo mortis. Vlerū viri illi ciuesqz clarissimi. proditorē illum nephariū liburni superī memoratū. superstisē habere noletes. dignis prius supplicijs. p̄ reatu de eo sumpvis crudeliter interemerūt. Hec inter agendū. vi bis dumtaxat pretor Paulus erico appellatus in arcem cōfugit adherētibus sibi paucis quibusdā primoribz ciuitatis. paucis aliun de euadentibus. Capti itaqz turcus vrbē. victoriaꝝ adepta. oēs italici generis puberes. palis acutissimis fecit affigi. alios saxis elisit. alios sectos per mediū diuusit. alios varijs penis atqz horredis affectos cruciatibz ad supra (haud dubiū) transmisit. grecanam tñ gentē sub hasta vendi p̄cepit. Unū factū est vt omnes calcidis plateet vie. crux occisorū replerent. Interca p̄toris vrbis filia vnicā. virgo castissima. puella decora facie et renuisto aspectu. turco ob suā pulchritudinē ingentē adducta. cum turpitudim et fede cōmixtione cōsentire proslus rennuerer. ptinus iugulata proqz fide castitatis martyrio pculdubio coronata. sponso virginū christo sponsa ipa in eum est in celis puncta. Porro qui in arce erant data sibi a turco fide de vita seruanda. pactoꝝ firmato q salvi euaderēt si arcem libere in deditōne traderent. exinde p̄fidenter exierunt. sed mot egressos ipē fidefragus tyrann⁹ arce potitus. omnes ad vnu iussit exemplo trucidari. Huc in modū (pfectio miserandū) ciuitate pdita. occisis incolis. cede expleta. venetorū capitaneus classe soluta. q oīm arbitratu sola oipotentis voluntate excepta facile tantā defensasset vrbē si vir fidus et fortis fuisset. cū pno honore. fructu nullo. obprobrio sempiterno rebus infectis. immo turpissime neglectis: venetas remeauit. moribz apud senatū accusatus. defensionis quidē locū accepit. sed post multas inuanū adductas falsas rōnes et excusationes in peccatis. tandem nō satis dignā p meritis accepit vltionē. et ilio relegatus. atqz ppetuo p̄fligatus cum omnibus suis a ciuitate venetiarū in oppidū cui est vocabulū Utinum. Ita res hec finē accepit tristem pr̄sus et infelicitē.

Hoc modo equitant turci tempore pacis dum ob aliquā solennitatē siue solatiū causam. festiūiori vntuntur apparatu. Guerrarū vero tempore eodem pene habitu sed armatura alia: ensibus sc̄z accincti rē. in preliū pergunt.